

myr, & conglarificemur, Et, Deus stetit in Synagoga A Deorum, in medio autem Deos diiudicat. Quem- admodum igitur verè sunt dij, non natura, sed quòd illius, qui natura Deus est, participes sunt: sic etiam adorantur, non quod natura sint adorandi, sed quoniam illum, qui natu- ra adorandus est, in seipsis habent: sicut fer- rum ignitum non natura sua eiusmodi est, vt tangi nequeat, & comburatur, sed quia parti- ceptus ignis factum est, qui comburendi natu- ram habet. Adorantur igitur, vt qui à Deo sunt gloria affecti, & à Deo aduersariis formi- dolosi, & horribiles constituti, & in eos benefi- ci, qui cum fide ad ipsos confugiunt, non vt ad eos qui natura sunt dij, atque benefi- ci, sed vt ad seruos ministròsque Dei, qui que ob suam in eum charitatem, fiduciam fœliciter consecuti sint. Adoramus ergo illos, quia Rex ipse colitur, cum vider seruum, quem diligit, non vt Regem, sed vt ministrum subiectum & amicum beneuolum adorari. Et qui cum fidu- cia ad illos accedunt, impetrant ea, quæ pre- cantur & flagitant, siue ministris ipsis à Re- ge postulantibus, siue Rege honorem & fidem illorum, qui à ministris suis petunt suscipi- ent. Propter ipsos enim factæ sunt preces. Ita per Apostolos accedentes ad Iesum cura- bantur. Sic Apostolorum umbra, & suda- ria, & semicinctia curationem afferebant. Qui verò tanquam aduersarij & defectores adora- ri volunt vt Dij, isti non solum adorandi non sunt, sed igne digni sunt sempiterno. Contem- ptiores autem, qui elata mente Dei ministros adorare nolunt, tanquam arrogantes & super- bi, atque in Deum impij condemnantur. Tes- tes sunt pueri illi, qui cum contemptu aduer- sus Eliseum elamantes ab vris dilaniati sunt. 4 Reg. 2. 2. Alter adorationis modus est, quo res, per quas, & in quibus salutem nostram Deus, vel ante Domini aduentum, vel post assumptæ carnis consilium, executus est, veneramur & colimus. vt montem Sinai, & Nazareth, & præsepe in Bethleem, & speluncam, & san- ctum Golgotham, & crucis lignum, & clauos, & spongiam, & arundinem, & lanceam illam sacram & saluiferam, & vestem, & tunicam, & lintea, & fascias, & sanctum illud monum- tum nostræ fontem resurrectionis, & mo- numentum lapidem, Sion montem sanctum, D montem rursus oliuarum, probaticam pisci- nam, & beatum illum Gethsemanes hortum. Hæc & his similia veneror, & adoro, & ome- netemplum Dei sanctum, & omnia loca, in quibus Deus nominatur, non propter natu- ram ipsorum, sed quoniam actionis diuinæ sunt receptacula, & per ipsa, & in ipsis placuit Deo salutem nostram transfigere. Nã & Ange- los, & homines, & omnem materiam actionis diuinæ participem, atque ministram salutis meæ, propter actionem diuinam veneror & adoro. Non adoro Iudæos, neque enim actio- nis diuinæ participes existerunt, neque gloria Dominum Deum meum eo consilio affixe- runt cruci, vt mihi salutem parerent, sed inui- dia potius, & odio in Deum benè de ipsis me- ritum concitati. Domine dilexi decorem domus tuæ,

inquit David, & locum habitationis gloria tuæ. Et, Adorate in loco, ubi steterunt pedes eius. Et, A- dorate in monte sancto eius. Mons Dei sanctus animatus est sancta Dei Genitrix. Montes Dei ratione præditi sunt Apostoli. Exultau- runt montes sicut arices, & colles sicut agni ouium. Tertius adorationis est modus, quo adoramus ea, quæ Deo dicata sunt & consecrata: vt sacra Euangelia, & reliquos libros: scripti sunt enim ad nostram institutionem, ad quos fines secu- lorum deuenerunt: vt discos, & pocula, & thi- ribula, & lucernas, & mensas. Hæc enim omnia esse sancta perspicuè est. Vide enim quomodo Deus, cum Balthasar populo vasis sacris mini- strari fecisset, regnum eius euerterit. Quartus modus est, quo imagines adorant à Prophe- tis perspectæ. Imaginum enim intuitu Deum cernebant. Etererum futurarum imagines, vt virga Aaron, quæ quidem imago Virginis my- sterium exprimebat: & vna, & mensa. Et Iacob adorauit fastigium virgæ, quo seruator signifi- cabatur. Porò imagines rerum, quæ gestæ sunt, valent pro monumento. Ipsū enim taber- naculū quid aliud erat, nisi imaginem pulcherrima & absolutissima? Vide, inquit Mosem allo- quens Deus, exemplar quod tibi in monte demon- stratum est, & Cherubim aurea opus fuisse, & Cherubim in velo opus textile. Hoc modo pretiosam crucis formam, corporeæque Dei mei figuræ similitudinem, & eius, quæ ipsum in carne peperit, ac seruorum ipsius imagines adoramus. Quintus modus, quo nos vicissim 5. vt Dei partim habentes, & ad Dei factos ima- ginem adoramus, atque inter nos summissè gerimus, legi charitatis obtemperantes. Sextus modus quem principibus, & in potestate con- stitutis exhibemus. Reddite enim, inquit, omni- bus debita, cui honorem, honorem: cui, &c. Ita Iac- ob tum Elai fratrem maiorem natu, tum Pharaonem à Deo Principem constitutum a- dorauit. Septimus modus quo serui dominos, & benemeritos, & quorum egeni auxilio pro- sequuntur. Sic Abraham adorauit filios Em- mor, cum ab illis speluncam duplicem emeret. Denique vt simpliciter dicam, adoratio & ti- moris, & desiderij, & honoris signum, & animi summissi atque humilis argumentum. Verum neminem oportet vt Deum adorare, nisi eum, qui natura Deus est: omnibus autem honorem habere debitum propter Dominum. Hæc sanctus Iohannes Damasc. Caterum hoc loco legit Augustinus, si ta- men ille, quæstione 46. ex veteri Testamento. Quia veniebat ex diebus in dies offerre munera sua, & decimas. Verum neque textus Hebraicus, neque translatio 70. Interpretum, neque Chal- daica Paraphrasis habent decimas. At is nihilo- minus hanc quæstionem proponit, quomodo decimas offerebat, qui nihil possidebat? Leuitæ enim non acceperunt agros, quia de deci- mis, quæ à plebe dabantur victum quærebant. Sed potest fieri, inquit, & sic dabatur intelli- gi, quia potuit habere possessionem vxoris suæ aut emptam: quia de aliis tribubus accipiebant vxores, non solum hi, sed & cæteri, ita vt sa- cerdotes acciperent de aliis tribubus vxores. Nam

Pfal. 25.

DORA- RET ET SACRI- FIGARET, &c. Pfal. 137. Pfal. 47. Dan. 5. 4. ad Heb. 11. Heb. 8. Rom: 23. Gen. 33. & 47. 7. Gen. 33. Nemo pari- ter cum Deo adorandus. Alia lectio huius loci.